OFFICIA PROPRIA
FESTIVITATVM
Totius Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.


FESTA IANVARII.
Die xiiij. Ianuarij.
In Festo gloriosissimi Nominis Iesu, Duplex. 2. Clas.
AD VESPERAS,
Antiphona.

OMnis, qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Psalm. Dixit Dominus. cū reliquis de Dominica, & loco vltimi Psalm. Credidi. Antiph. Sanctum, & terribile nomen eius: initium sapientiæ timor Domini. Psalm. Confitebor tibi. Antiph. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Psal. Beatus vir. Antiph A solis ortu vsque ad occasum laudabile nomen Domini. Psalm. Laudate pueri. Antiph. Sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo. Psal. Credidi.

Capitulum. *ad Philip. 2.*
FRatres: Christus humiliauit semetipsum &c.
Hymnus.
Iesu dulcis memoria &c.

Ad Magnificat, Antiphona.
Fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen eius. Alleluia.
Oratio.
DEus, qui vnigenitum filium tuum constituisti humani generis Saluatorem, & Iesum vocari iussisti: concede propitius, vt cuius sanctum nomen veneramur in terris, eius quoque aspectu perfruamur in cælo. Per eundem, &c.

Fit commemorat. Epiphaniæ. In fine Hymnorum ad Compl. & ad Horas dicitur, Iesu, tibi sit gloria, Qui natus es.
Ad Matutinum, Inuitatorium.
Admirabile nomen Iesu, quod est super omne nomen. Venite adoremus. Psal. Venite exultemus Domino. Hymnus.
Iesu Rex admirabilis. &c.
In primo Nocturno.
Antiph. Domine Dominus noster, quam admirabile est nomen tuum in vniuersa terra. Psalm. Domine Dominus noster. cum reliquis. Psal. vt in Officio par. B. Mariæ.



Antiph. In nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Psal. Cæli enarrant. Antiph. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: mementote, quoniam excelsum est nomen eius. Psalm. Domini est terra. ℣. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo. ℟. Multum est enim.

De Actibus Apostolorum
Lectio j. Cap. 3.

Petrus autem, reliqua cum responsorijs in proprijs locis.

In secundo Nocturno.

Antiph. Memores erũt nominis tui Domine, in omni generatione, & generationem. Psalm. Eructauit cor meum.

Antiph. Magnificate Dominum mecum, & exultemus nomen eius in id ipsum. Psalm. Deus noster refugium.

Antiph. Omnes gentes quascũque fecisti, venient. & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum. Psal. Fundamenta. ℣. Propter gloriam nominis tui Domine libera nos. ℟. Et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
Serm. 15. in Cant. Lectio iv.

Non ociosè Spiritus sanctus, &c. cũ responsorijs in proprijs locis.

In tertio Nocturno.

Antiph. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annunciate de die in diem salutare eius. Psal. Cantate j. Antiph. Secundum nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ iustitia plena est dextera tua. Psalm. Dominus regnauit exultet terra.

Antiph. Cantate Deo, psalmum dicite nomini eius; iter facite ei, qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi. Psal. Cantate ij. ℣. Afferte Domino gloriam, & honorem. ℣. Afferte Domino gloriam nomini eius.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.
Lectio vj. Cap. 2

In illo tempore; Postquam cõsummati sunt dies octo, vt circumcideretur puer, vocatum est nomen eius Iesus. Et reliqua Homilia Sãcti Bernardi Abbatis.

Ser. 1. de Circumcis.

Magnum, & mirabile sacramentum. Circumciditur puer, & vocatur Iesus, &c. cum responsorijs in proprijs locis.

Lectio ix. de S. Felice.

Te Deum laudamus.

Ad laudes, & per Horas.

Antiph. Oleum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Psal. Dominus regnauit, cum reliquis de Laudibus Dominicæ. Antiph. Scitote, quia Dominus ipse est Deus, cuius nomen in æternum. Psalm. Iubilate Deo. Antiph. Sitiuit ánima mea ad nomen sanctum tuũ Domine. Psal. Deus Deus meus. Antiph. Benedictum nomen gloriæ tuæ, sanctum, & laudabile, & superexaltatum in sæcula. Cant. Benedicite omnia. Antiph. Iuuenes, & virgines, senes cum iunioribus laudate nomen

men Domini, quia exaltatum est nomé eius solius. Psal audate. Capitulum. Fratres; Christus humiliauit. 1.

Hymnus.

Iesu decus Angelicum, &c.

℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini, ℟. Qui fecit cælum, & terram.

Ad Benedictus, Antiphona. Dedit se, vt liberaret populum, & acquireret sibi nomen æternum, Alleluia. Oratio. Deus, qui vnigenitum. 2. Fit commemor. S. Felicis.

Ad Primam.

In ℟. bre. Qui natus es de Maria Virgine. Ad Tertiam Capitulum Fratres; Christus. 2. ℟. bre. Sit nomen Domini benedictum. Alleluia, alleluia. Sit nomen. ℣. Ex hoc nunc. Gloria Patri. Sit nomen. ℣. Afferte Domino gloriam, & honorem, Alleluia. ℣. Afferte Domino gloriam nomini eius. Alleluia.

Ad Sextam Capit. *Phil.2.* In nomine Iesu. &c.

℟. bre Afferte, ℣. Afferte Domino gloriam nomini eius. Alleluia, alleluia. Gloria Patri. Afferte Domino.

℣. Magnificate Dominum mecū. Alleluia.

℟. Et exaltemus nomen eius in idipsum. Alleluia.

Ad Nonam Capit. *Colos.3.* Omne. &c.

℟. bre Magnificate, ℣. Et exaltemus. Gloria Patri. Magnificate, Adiutorium nostrum. ℟. Qui fecit.

In secundis Vesperis. Omnia cut in primis.

Ad Magnificat 3 Antiphona. Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluum faciet populū suum à peccatis eorum. Alleluia. Oratio. Deus, qui. 2.

Et fit commemor. S. Pauli primi Eremitæ, & S. Mauri Abbatis.

Die xxviij. Ianuarij.

In Festo S. Agnetis 2. Virg. & Mar. nostri Ordinis Patronæ.

Dupl. 1. Class.

Hac die noster sacer Ordo nutu Dei institutus fuit.

Ad Vesperas. Antiph. Ingressa Agnes, vt in laudibus primæ Festiuitatis. Psalm. Dixit Dominus. cum reliquis de Dominica, & loco vltimi. Psal. Laudate Dominum omnes gentes.

Ad Magnificat, Ant. Stans à dextris. Oratio. Deus qui nos, vt in Breu. Rom. die 28. Ian.

Ad Matutinus, & ad alias horas, omnia, vt in primo Festo S. Agnetis die 21. Ianuarij: exceptis his, quæ hic assignantur.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Ambrosij Episcopi; *Ser.90. de Passione B. Agnetis.*

Lectio iv.

Dum parentes B. Agnetis.

Reliqua cum responsorijs in proprijs locis.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Euangelij secundum Matthæum.

Lectio vij. *Cap.13.*

IN illo tempore: Dixit Iesus Discipulis suis parabolā hanc: Simile est regnum cælorum the-

A 2 sauro

sauro abscondito in agro. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorij Papæ.

Hom. 11. in Euang.

CÆlorum regnum, fratres charissimi, idcirco terrenis rebus simile dicitur, vt ex his quæ animus nouit, surgat ad incognita, quæ non nouit: quatenus exemplo visibilium se ad inuisibilia rapiat, & per ea, quæ vsu didicit, quasi confricatus incalescat: vt per hoc, quod scit notum diligere, discat, & incognita amare. Ecce enim regnum cælorum thesauro abscondito in agro comparatur: quem qui inuenit homo abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa, quæ habet, & emit agrum illum.

R. Ipsi sum desponsata, cui Angeli seruiunt, cuius pulchritudinem sol, & luna mirantur. Ipsi soli seruo fidem, ipsi me tota deuotione committo.

V. Dexteram meam, & collum meum cinxit lapidibus pretiosis: tradidit auribus meis inæstimabiles margaritas.

Ipsi soli.

Lectio viij.

QVa in re hoc quoque notandum est, quod inuentus thesaurus absconditur, vt seruetur: quia studium cælestis desiderij à malignis spiritibus custodire non sufficit, qui hoc & ab humanis laudibus non abscondit. In præsenti et enim vita quasi in via sumus, qua ad patriam pergimus: maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Deprædari ergo desiderat, qui thesaurum publicè portat in via. Hoc autem dico, non vt proximi opera nostra bona non videant, cùm scriptum sit: videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est: sed vt per hoc, quod agimus, laudes exterius non quæramus. Sic autem sit opus in publico, quatenus intentio maneat in occulto. vt & de bono opere proximis præbeamus exemplum, & tamen per intentionem, qua soli Deo placere quærimus, semper optemus secretum.

R. Omnipotens, adorande, colende, & tremende, benedico te. Quia per Filium tuum vnigenitum quasi minas hominum impiorum, & spurcitias diaboli impolluto calle transiui.

V. Te confiteor labijs, te corde, te totis visceribus concupisco. Quia per Filium.

Gloria Patri.

Quia per Filium.

Lectio ix.

THesaurus autem, celeste est desiderium: ager vero in quo thesaurus absconditur, disciplina studij cælestis. Quem profectò agrum venditis omnibus comparat, qui voluptatibus carnis renuntians, cuncta sua terrena desideria per disciplinæ cælestis custodiam calcat, vt nihil jam, quod caro blanditur, libeat;

libeat; nihil quod carnalem vitam trucidat, spiritus per horrescat.

Te Deum laudamus.

Alia vero Officia propria cum Octauis concessa, recitanda, vt supra; cum commemorationibus à Fratribus Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum haberi in proprijs locis.

OFFICIA PROPRIA

Festiuitatum & Sanctorum totius Ordinis Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

Secundum formam Breuiarij Romani, ordinis, & ex consuetudine, & Sedis Apostolicæ Indulto concessa.

IANVARIVS.

PRima die non impedita festo præcepti cuiuslibet hebdomadæ commemoratio Defunctorum cum processione.

Dominica iij. processio, Ordinis, Antiphona, Te Deum patrem, Simbolum, Quicumque. ℣. Benedicamus Patrem, Oremus. Pro afflictis & captiuis, ℟. Libera eos. ℣. Pro Benefactoribus nostris. Oratio j. Omnipotens sempiterne Deus qui dedisti, 2. Deus qui per sanctos PP. N. 3. Deus, qui beatum Petrum, &c.

Vnus dies cuiuslibet hebdomadæ nõ impeditus festo nouem Lectionum proprio, aut translato de SS. Trinitate semiduplex.

Vnus dies cuiuslibet hebdomadæ nõ impedito festo nouem Lectionum proprio, aut translato de SS. Sacramento semidup.

Singulis Sabbatis extra Aduentum & Quadragesimam non impeditis festo nouem Lectionum proprio aut translato de SS. nomine Mariæ semidupl.

14 Festum SS. nominis Iesu duplex 2. clas.

28 S. Agnetis secundò Virginis & mart. N. Ord. patronæ dup.

 1. clas.

1. claſ. cum Oct. abſolutio generalis; Fundatio noſtri Ord.
29 De Octaua s. Agnetis Secundò.
30 S. Martinæ Virg. & mart. ſemidupl. cum commemor. Oct. s. Agnetis secundò.
31 De Octaua s. Agnetis.

FEBRVARIVS.

1 S. Ignatij Epiſcopi & Mart. ſemidup. cum commem. Octauæ s. Agnetis.
2 Purificatio B. Mariæ matris Dei.
3 De Octaua s. Agneti. ſemid.
4 Octaua s. Agnetis ſecundò duplex.
De ss. Trinitat ſemidupl.
De ss. Sacrame duplex.
De ss. nomine Mariæ ſemid.
Dominica iij. Proceſſio Ord. vt ſupra.
Commemoratio Defunctorũ cum proceſſione.

MARTIVS

Feria 4. Cinerum abſolutio generalis.
18 . . Gabrielis Archangeli duplex.
De ss. Trinitat ſemidupl.
De ss. Sacrament. ſemidupl.
De ss. nomine Mariæ ſemid.
Dominica iij. Proceſſio Ord.
Commemoratio defunctorum, cum proceſſione.
Feria 4. maioris hebdomadæ proceſſio, & anniuerſarium patrum, matrum, fratrum, ſororũ, familiarum, & benefactorum, defunctorum Ord. ſemid.
Feria v. in cœna Domini abſolutio generalis.

APRILIS.

De ss. Trinitate ſemidupl.
De ss. Sacrament ſemidup.
De ss. nomine Mariæ ſemid.
Dominica iij. proceſſio Ord.
Commemoratio defunctorum cum proceſſione.

MAIVS.

Feria vj. ante Vigiliam Pentecoſtes fiat cum proceſſione anniuerſarium patrum, matrum, fratrum, ſororum, familiarum, propinquorum & benefactorum defunctorum noſtri Ordinis ſemiduplex.
. . . ss. Trinitat duplex, 1. claſ. cum Octaua comme. Dominicæ, abſolutio generalis.
Feria 2. de infra Octau. ſemid.
Feria 3. de infra Octaua.
Feria 4. de infra Octaua.
Feria v. . . ss. Sacramenti duplex, 1. claſ. cum Octaua.
Feria 6. de infra Octa. ss. Trinitatis cum comm. Corporis Domini.
Sabbato de infra . . . cum comm. Corporis Domini.
Dominica Octauæ ss. Trinitatis duplex. cum commemor. Dominicæ, & Octauæ Corporis Domini.
De ss. Trinitat
De ss. nomine Mariæ.
Dominica iij. proceſſio Ord.
Commemoratio defunctorum, cum proceſſione.

IVNIVS.

De ss. Trinitat ſemidupl.
De ss. Sacram ſemidupl.
De ss. nomine Mariæ, ſemid.

Do-

Dominica 3. processio Ord
Commemoratio defunctorum cum processione.

I V L I V S.

16 Triumphus s. Crucis dupl.
De ss. Trinitate semidupl.
De ss. Sacramento semidupl.
Dominica 3. processio Ordin.
Commemoratio defunctorum cum processione.

A V G V S T V S.

De ss. Trinitate, semidup.
De ss. Sacramento semidup.
de ss. nomine Mariæ, semidup.
Dominica 3. proc.
Commemoratio defunctorum cum processione.

S E P T E M B E R.

6 S. Angeli Custodis nostri Ordinis dupl.
17 Festum ss. nominis Mariæ, duplex 2. clas.
De ss. Trinitate semidupl.
De ss. Sacramento semid.
De ss. nomine Mariæ semid.
Dominica 3. fit processio Ordinis
Commemoratio defunctorum cum processione.

O C T O B E R.

15 Dedicatio Ecclesiæ nostri Ordinis duplex 1. class. cum Octaua.
De ss. Trinitate semidup.
De ss. Sacramento semidup.
De ss. nomine Mariæ semidup.
Dominica 3. processio Ordin.
Commemoratio defunctorum cum processione.

N O V E M B E R.

4 S. Patris nostri Felicis Valesij Ordinis Fundatoris Conf. dupl. solemn. vt in Breuiario, in primo Nocturno, Lectio, Beatus vir. in secundo Sermo s. Ioannis Chrisost.
B. Felicis dies. in tertio. Nolite timere. Oratio. Deus, qui nos, &c.
Vna die Octauæ Omnium Sanctorum fiat cum processione anniuersarium patrum, matrum, fratrum, sororum, familiarium, propinquorum & benefactorum defunctorum Ordinis nostri, semiduplex.
25 S. Catharinæ Virg. & mart. duplex, absolutio generalis.
De ss. Trinitate semidup.
De ss. Sacramento semidup.
De ss. nomine Mariæ, semid.
Dominica 3. processio Ord.
Commemoratio defunctorum cum processione.

D E C E M B E R.

8 Conceptio B. Mariæ Virginis duplex 1. clas. cum Octaua.
9 De infra Octau. Conceptionis semidup.
10 De infra Octaua Conceptionis cum comm. s. Melchiadis Papæ & Mart.
11 S. Damasi Papæ & Confess. semidupl. cum commem. Octau. B. Mariæ.
12 De infra Octa. Concept.
13 S. Luciæ Virg. & mart. dup. cum comm. Oct. Concept. B. M.
14 De infra Oct. Concept.
15 Oct. Concept. B. Mariæ V. duplex. cum commem. s. Eusebij Episc. & Mart.
17 S. Patris N. Ioannis de Matha Fundatoris nostri Ord. Conf.

 dupl.

dupl. maius in j. Noct. Lect. vt in Breviar. Laudemus viros gloriosos, in ij. Sermo s. Maximi Episc. B. P. N. in iij. Sint lumbi. Oratio. Adesto.

23 ... cum processione anniuers. patrum, matrum, fratrum, sororum, familiarum, propinquorum, & benefactorum, defunctorum Ordinis, semidupl.

De ss. Trinitate semidup.

De ss. Sacramento semid.

De ss. nomine Mari. semid.

Dominica 3. processio vt sup.

Commem. defunctorum cum processione.

COMMEMORATIONES communes.

1 De ss. Trinitate.

2 De s. Maria Dei Genitrice.

3 De ss. Apostolis Petro & Paulo.

4 De ss. Patriarchis Ioanne, & Felice.

5 De Pace.

AD VESPERAS

Antiphona.

LAudemus viros gloriosos, & Patriarchas nostros in generationibus suis. Qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum.

℣. Exultent iusti in conspectu Dei.

℟. Et delectentur in lætitia.

OREMVS.

DEus, qui per B. Patres nostros Ioannem, & Felicem, hunc Ordinem sub nomine Sacrosanctæ Trinitatis, ad redimédos de potestate Saracenorum Captiuos, cœlitus instituere dignatus es: præsta quæsumus, vt eorum suffragantibus meritis, à captiuitate corporis, & animæ te adiuuante liberemur. Per

AD LAVDES

Antiphona.

SInt lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris, & vos similes hominibus expectantibus Dominum suũ quando reuertatur à nuptijs.

℣. Corpora Sanctorum in pace sepulta sunt.

℟. Viuent nomina eorum in æternum.

OREMVS.

DEus, qui nos Sanctorum Confessorum tuorũ Ioannis, & Felicis Patrum nostrorum cõfessionibus gloriosis circundas, & protegis: da nobis ex eorum imitatione proficere, & intercessione gaudere. Per Dominum.

5 De Pace.

In Conuentu in quo asseruatur Reliquia insignis alicuius Sancti ab Ordinario approbata, Potest de eo sub Ritu duplici recitari.

Barcinone 1527. & Romæ, Superiorum permissu 1595. 1641. & 1648.

Die

OFFICIVM DE NOMINE BEATÆ MARIÆ VIRGINIS.

Duplex secundæ Classis.

AD VESPERAS.

Antiphona.



Issus est Angelus Gabriel ad Virginem desponsatam Ioseph; & nomé Virginis Maria. Psalm. Dixit Dominus. cum reliquis, vt in officio p[illegible] B. Mariæ. Antiph. A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini, & Mariæ matris eius. Psalm. Laudate pueri. Antiph. Aue Maria gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Psalm. Lætatus sum. Antiph Permaneat, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum ò Maria. Psalm. Nisi Dominus. Antiph Lauda Hierusalem Dominum, lauda inclitum nomen Mariæ. Psalm. Lauda Hierusalem Dominum.

Capitulum *Iudith 13.*

Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt nó recedat laus tua de ore hominum, qui memores fuerint virtutis Domini in æternum.

Hymnus. Aue maris stella. ℣. Sit nomen Mariæ benedictũ. ℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Ad Magnificat, Antiphona

Mariæ nomen cunctas illustrat Ecclesias: cui fecit magna, qui potens est, & sanctum nomen eius.

Oratio.

Deus, qui gloriosam Matrem tuam nominari Mariam voluisti: concede propitius, vt qui dulce Mariæ nomen implorant, perpetuum sentiunt tuæ benedictionis effectum. Qui viuis, & regnas.

Ad Compl. & per Horas in fine Hymnorum dicitur, Iesu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine.

Ad Matutinum, Inuitatorium.

Aue Maria, gratia plena, * Dominus tecum. Psalm. Venite, exultemus Domino.

Hymnus. Quem terra.

In primo Nocturno.

Antiph In vniuersa terra admirabile est nomen tuum Maria. Psalm. Domine Dominus noster, cum reliquis, vt in officio paruo B. Mariæ. Antiph In omnem terram diffusa est laus nominis Mariæ. Psalm. Cæli enarrant.

Antip

Antiph. Super maria, & flumina fundauit Maria, & dedit illi nomen virtutum Rex gloriæ: Psal. Domini est terra. ℣. Magnificate Mariam Virginem mecum. ℟. Et exaltemus nomen eius in æternum.

De Libro Exodi.

Lectio j. Cap. 15.

SVmpsit Maria Prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua, egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis, & choris, quibus præcinebat; dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est; equum, & ascensorem eius deiecit in mare.

℟. Laudemus nomen sacrum, atque insigne Mariæ. * Mundo nam peperit virgo salutis opem. ℣. Lætentur cæli de tali nomine, & orbis. Mundo nam peperit.

Lectio ij.

TVlit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur. Ambulaueruntque tribus diebus per solitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quod essent amaræ; vnde & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, idest, amaritudinem.

℟. Benedictum sit nomen Mariæ; Cuius manus tornatiles plenæ hyacintis. ℟. Implorantibus Mariæ nomen Maria præsto adest. Cuius manus.

Lectio iij.

ET murmurauit populus contra Moysen dicens. Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum, qui ostendit ei lignum: quod cum misisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. Ibi constituit ei præcepta, atque iudicia, & ibi tentauit dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisque omnia præcepta illius, cunctum languorem, quem posui in Ægypto, non inducam super te: Ego enim sum Deus Dominus Saluator tuus.

℟. Salutemus Mariam pro nobis Filium exorantem. Et illi dicamus: Aue Maria gratia plena, Dominus tecum.

℣. Hæc est Gedeonis vellus, quæ leuissima orationis compressione larga exhibet gratiarum stillicidia. Et illi. Gloria Patri, & Filio. Et illi.

In secundo Nocturno.

Antiph. Speciosum Mariæ nomen deprecabuntur omnes diuites plebis, cuius decorem concupiuit Rex. Psal. Eructauit cor meum. cum reliquis vt in officio paruo B. Mariæ.

Antiph. Refugium est in tribulationibus Mariæ nomen omnibus illud inuocantibus. Psalm. Deus noster refugium.

Antiph. Maria Ciuitas Dei sancta, gloriosa dicta sunt de nomine sancto tuo. Psal. Fundamenta eius.

tius. ℣. Repleatur os meum laude Mariæ.
℟. Vt cantem gloriam nomini sancto eius.

Sermo S. Epiphanij Episcopi in Orat. de laudib. S. Mariæ Deiparæ post init.

Lectio iv.

Beata Anna grauida effecta, cœlum, & thronum Cherubi cum peperit sanctam puellam Mariam: illa enim reperitur esse cœlum, templum, & thronus: quia Mariam interpretari solemus Dominam, atque etiam spem. Peperit enim Dominum, qui est spes totius mundi, nempe Christum. Rursum, nomen illud Maria interpretatur myrrha maris. Myrrham verò aliquis dicet (quod ego etiam aio) de immortalitate, eo quod paritura esset gemmam immortalem in mari, hoc est, in mundo. Mare autem dicet vniuersum mundum, cui virgo serenitatem, & tranquillitatem contulit, dum portum peperit Christum.

℟. Benedicta tu à Domino Deo tuo in omni tabernaculo Iacob; * Quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus.
℣. Tu gloria Hierusalem, tu lætitia Israel; tu Maria honorificentia populi nostri. Quoniam.

Lectio v.

Rursum itaq. præclaræ puellæ Mariæ beatum nomen interpretatur illustrata; vel potius, quæ illustrata sit à Filio Dei, & cunctos vsque ad terminos terræ credentes Trinitati illuminauerit, Sancta enim puella virgo Maria est Sponsa Trinitatis, & thesaurus dispensationis planè arcanus, cui Gabriel inquit: Aue gratia plena, Dominus tecum: subiunxit Gabriel. Et Pater mitit Arrhabonem de cælo Spiritum sanctum. Præparauit virginem vnigenito Filio, cœlesti Sponso: quam Pater dilexit, Filius inhabitauit, Spiritussanctus percupiuit.

℟. Melius est bonum nomen, quàm diuitiæ multæ. * Turris fortissima Mariæ nomen.
℣. Propugnaculum est omnibus qui ad illud confugiunt. * Turris fortissima.

Lectio vj.

Ipsa est enim Sponsa, & thalamus, & ex ea Sponsus procedit Christus virgineum indumentum, iuxtà suauem Dauidis Prophetæ cantionem. In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam Sponsus procedens de thalamo suo. O Sponsi desiderium summæ puritatis, propriã ancillam Sponsam, & Matrem sibi despondet.

℟. Nomen sanctum meum notum faciam in medio populi mei. * Et scient, quia ergo Maria.
℣. Deliciæ meæ esse cum filijs hominum. * Et scient.
Gloria. Et scient.

In tertio Nocturno.

Antiph. Nunciate inter gentes gloriam Mariæ; in omnibus populis mirabilia nominis eius.

Psal.

Psal. Cantate Domino cãticum nouum: cantate. cum reliquis vt in Officio paruo B. Mariæ.

Antiph. Annunciauerunt cœli nomen Mariæ; & viderunt omnes populi gloriam eius. *Psalm.* Dominus regnauit, exultet.

Antiph. Notum fecit Dominus sacrum Mariæ nomen; & in conspectu gentium reuelauit virtutem nominis eius. *Psal.* Cantate Domino canticum nouum: quia mirabilia.

℣. Aue Maria gratia plena.

℟. Dominus tecum.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam.

Lectio vij.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in Ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro, cui nomen erat Ioseph de domo Dauid, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia sancti Bernardi Abbatis.

Ex Homil. 2. super Missus est, circa finem.

ET nomen, inquit, Virginis Maria. Loquamur pauca; & super hoc nomine, quod interpretatum maris stella dicitur, & Matri Virgini valdè conueniẽter aptatur. Ipsa namque aptissimè sideri comparatur; quia sicut sine sui corruptione sidus suum emittit radium, sic absque sui læsione virgo parturiuit Filium. Nec sideri radius suam minuit claritatem, ne virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Iacob orta, cuius radius vniuersũ orbem illuminat; cuius splendor & præfulget in supernis, & inferos penetrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fouet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & spaciosum necessario subleuata, micans meritis, illustrans exemplis.

℟. Clarissimum Mariæ nomen ipsa stella est præfulgens. * Peccatores illuminat, & dirigit in portum salutis.

℣. Consolatur tristes, miseros leuat, & iacentes erigit. Peccatores.

Lectio viij.

O Quisquis te intelligis in huius sæculi profluuio magis inter procellas, & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare. Ne auertas oculos à fulgore huius sideris, si non vis obrui procellis. Si insurgant vẽti tentationum, si incurras scopulos tribulationum, respice Stellam, voca Mariam. Si iactaris superbiæ vndis, si ambitionis, si detractionis, si æmulationis, respice Stellam, voca Maria. Si iracundia, aut auaritia, aut carnis illecebra nauiculam concusserit mentis; respice ad Mariam. Si criminum immanitate turbatus, conscientiæ fœditate confusus, iudicij horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiæ, desperationis abysso, cogi-

gita Mariam. ℟. Omnia flumina intrant in mare, & ipsum non redundat. * Omnia gratiarum charismata in Mariam, & ipsa non intumescit. ℣. Dixit illi Angelus: Aue Maria gratia plena; At ipsa respondit: Ecce ancilla Domini. Omnia. Gloria. Omnia.

Lectio iz.

IN periculis, in angustijs, in rebus dubijs Mariam cogita, Mariam inuoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde, & vt impetres eius orationis suffragium, non deseras conuersationis exemplum: Ipsam sequens non deuias; ipsam rogans non desperas; ipsam cogitans non erras; ipsa tenente non corruis; ipsa protegente non metuis; ipsa duce non fatigaris; ipsa propitia peruenis; & sic in temetipso experiris, quam meritò dictum sit: Et nomen virginis Maria.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes. Antiph. Mirabiles elationes maris, sed mirabilior in nomine Mariæ Dominus. Psalm. Dominus regnauit, cum reliquis de Laudibus Dominicæ.

Antiph. Laudate in exultatione Mariæ nomen, quoniam suaue est. Psalm. Iubilate Deo.

Antiph. Labia mea laudabunt te ò Maria, quia dulce est nomen tuum super mel ori meo. Psalm. Deus Deus meus. Antiph. Spiritus, & animæ Iustorum benedicant Mariam In nomine sancto eius. Cantic. Benedicite omnia. Antiph. Beneplacitum est Domino in nomine Mariæ, in quo exaltauit mansuetos in salutem. Psalm. Laudate Dominum de cœlis; laudate.

Capit. Benedicta es tu. II.

Hymn. O gloriosa Virginum.

℣. Lætabor, & exultabo in te Maria.

℟. Psalmum dicam nomini tuo.

Ad Benedictus Antiphona.

Benedictus Deus, qui Mariæ Virgini lucis nomen donauit, vt illuminaret eos, qui in tenebris sedent, & vt stella maris errantes dirigeret in portum pacis.

Orat. Deus, qui gloriosam. II.

Ad Primam. Antiph. Mirabiles elationes maris. vt supra.

℟. bre. Christe Fili.

℣. Qui natus es.

Ad Tertiam. Antiph. Laudate in exultatione.

Capit. Benedicta es tu. II.

℟. bre. Magnificate. Mariam Virginem mecum. Repet. Magnificate.

℣. Et exaltemus nomen eius in æternum. Mariam.

Gloria. Magnificate.

℣. Repleatur os meum laude Mariæ.

Vt cantem gloriam nomini sancto eius.

Ad Sextam, Antiph. Labia mea.

Capitulum. *Iudith. 13.*

BEnedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob; quoniam in omni gente, quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

℟. bre. Repleatur os meum * Laude Mariæ.

Repet.

Repet. Repleatur.

℣. Vt cantem gloriam nomini sancto eius. Laude Mariæ. Gloria. Repleatur.

℣. Aue Maria gratia plena.

℟. Dominus tecum.

Ad Nonam. Antiphona

Beneplacitum est Domino in nomine Mariæ, in quo exaltauit mansuetos in salutem.

Capitulum. *Ezech.16.*

EGressum est nomen tuum in gente propter speciem tuam; quia perfecta eras in decore meo, quem posueram super te: Dicit Dominus Deus.

℟. bre. Aue Maria, * Gratia plena. Repetit. Aue Maria.

℣. Dominus tecum. Gratia plena. Gloria. Aue Maria.

℣. Lætabor, & exultabo in te Maria.

℟. Psalmum dicam nomini tuo.

In secundis Vesp. Antiph.

Missus est Angelus; cum reliquis Antiph. Psalm. Capitul. Hymn. vt in primis Vesp.

℣. Sit nomen Mariæ benedictum.

℟. Ex hoc nunc, & vsque in sæculum.

Ad Magnificat. Antiphona.

Maria Virgo omnium oculis gratiosa: nominatum est nomen gloriæ eius vsque in extremum terræ.

Alia vero Officia propria concessa, recitanda cum commemorationibus, vt supra. à Fratribus Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum haberi in proprijs locis

Officium suprascriptum de Nomine Beatiss. Virginis Mariæ nuncupatum, olim Ecclesijs Conchensi, & Toletanæ concessum, per me infrascriptum fuit reuisum de mandato Sacræ Congregationis Rituum. In fide &c. hac die vndecima Ianuarij 1640.

A. Cardinalis Cæsarinus.

Suprascriptum Officium proprium de Nomine Beatissimæ Virginis Mariæ ab Eminentiss. & Reuerendissimo D. Cardinali Cæsarino, de mandato Sacræ Rituum Congregationis reuisum, & recognitum. Eadem Sacra Rituũ Congregatio, ad instantiam Fratris Ioannis de Annunciatione in Romana Curia Procuratoris Generalis Fratrũ Discalceatorum Ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Congregationis Hispaniarum, approbauit; & vt ab omnibus Fratribus tam Calceatis, quã Discalceatis totius præfati Ordinis liberè, & licitè recitari queat quotannis die decima septima Septembris sub ritu Duplici 2. Classis, & singulis Sabbatis cuiuslibet anni sub ritu Semiduplici, non impeditis officio nouem lectionum; exceptis tamen Sabbatis Quadragesimæ, & Aduentus. Ac pro maiori commoditate recitandi facultatem imprimendi elargita est. Si Sanctissimo placuerit. Sanctissimus annuit. Die 17. Nouembris 1640.

C. Episc. Ostiensis Card. Pius.

Loco † sigilli.

Iulius Cincius Secretarius.

Imprimatur,
Si videbitur Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost.

M. A. Episc. Hierapol. Vicesg.

Iterum imprimatur
Fr. Donatus Carnesechius Socius Reuerendiss. P. Mag. Sac. Pal. Apost. Ord. Præd.

R O M Æ,
Ex Typographia R. Cam. Apost. 1659.

Superiorum permissu.